

- 15 *ubi culpa est, ubi irasci debeatis. Non enim potest esse, ut non rerum^d indignitate^d moveamur; alioquin non virtus, sed lentitudo ac remissio iudicatur. Scriptum est enim: Si⁶² aliter corrigi proximos, maxime qui nobis commissi sunt, non posse cernimus, severitatem^e erga eos verbi vel iudicii districtioris exhibeamus. Nam Moyses, Samuel, Helias et Petrus tardi fuerunt ad iram, et*
 20 *tamen peccantes in domino et verbo et gladio percusserunt. Melius⁶³ est enim, ut ad multorum correctionem unus condemnetur quam per unius licentiam multi periclitentur. Per unum enim peccatum multae iustitiae pereunt et per unum malum multa bona possunt^f subverti. Nemo putet hanc dilectionem, in qua deus⁶⁴ manet et^g in nobis perfecta est, abiecta et desidiosa quada-*
 25 *dam remissione servari. Ferveat caritas ad corrigendum, ad emendandum, sicut mores boni delectentur: Sunt mali, corrigan- tur, emendentur! Ille autem, cui dispensatio regiminis commissa est, etiam si sanctae vivat et tamen per-*
 30 *ditae viventes redarguere aut erubescat aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierint, perit. Et quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus^h alieno peccato? Unde et in psalmo: Nonne⁶⁵ qui oderunt te, domine, oderam et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Et apostolus: Peccantes⁶⁶ coram omnibusⁱ arguantur, ut ceteri metum habeant. Sive⁶⁷ enim augeatur pax ecclesiae per fideles principes sive solvatur, ille ab eis rationem exigit^k, qui eorum potestatibus suam ecclesiam commisit.*
 35 *Reges⁶⁸ a^l recte agendo vocati sunt, quod peccando amittunt. Unde et domi-*

d) in rerum dignitate Hs. e) si veritatem Hs. f) posse Hs. g) danach fehlt quae o.ä.Hs. h) danach fehlt est, erit o.ä.Hs. i) aus hominibus verb.Hs. k) so Hs. statt exigit der Vorlage l) nachgetragen Hs.

⁶²) Vgl. Beda, In epistolas septem catholicas 1, 19, CC 121 S. 191 Z. 288–293 (Erwähnung des Moses Z. 294).

⁶³) Vgl. Isidor, Sententiae 3, 46, 14, Migne PL 83 Sp. 716B, zu Beginn mit der Lesart *melius* (statt *necesse*), die sich auch in der Wiedergabe der Stelle im gefälschten Reskript Gregors I. JE † 1334 findet, zitiert von Ps.-Isidor (hg. von Paul Hinschius, *Decretales Pseudo-Isidorianae et Capitula Angilramni*, 1863, S. 752 Z. 20 f.) und von Hinkmar, *De divortio Lotharii* resp. 4 (Migne PL 125 Sp. 654C), daher wohl kaum ein redigierender Eingriff des Autors.

⁶⁴) Vgl. 1. Joh. 4, 12.

⁶⁵) Ps. 138, 21–22.

⁶⁶) 1. Tim. 5, 20 (in derselben Abweichung von der Vulgata wie Regula Benedicti 70, 3, CSEL 75² S. 175).

⁶⁷) Vgl. Isidor, *Sententiae* 3, 51, 6, Migne PL 83 Sp. 723C–724A.

⁶⁸) Vgl. ebenda 3, 48, 7, Sp. 719A, zur weiten Verbreitung Anton, *Fürstenspiegel* (wie Anm. 9) S. 395 ff.